28/6 1556

Sacra et Serenissima Regialis
Mtas domina dna clementissima

Superioribus diebus tres literarum fasces S
Mtis Vrae domino Ioanni Crotorosky
inscriptos successiue a dno Alexandro
Oliua accepi, quos in Poloniam una
cum expeditionibus domini oratoris
Serenissimi Regis nri misi. Si quid
sit aliud, in quo gratum aliquod obse
quium S Mti Vrae dnae mae clementissimae
praestare possim, libentissime praestabo
modo S Mtas Vra mihi iubeat.
Habui nuper plurimas ex Polonia lras
quas Rmi Cracouien Episcopi famulus
Venetias tulit Romamque per veneda
rium Venetum misit ex quibus nil no
uum intellexi nisi quod Sacrae Mtis
Regiae felix aduentus in Lomza pro fe

rijs divi Bartholomei certo expectamus. hec

Magnificus dnus Castellanus Crac. mihi

scribi iussit

Fuerunt suborte nescio que controversie

inter Magnificum dnum Castellanum

Crac. et Rmum Crac. Epm. occa

sione bonorum apud Tarnow et Radlow

consistentium, que eo progresse fuerant

quod res plane ad arma inclinari

videbantur, ad quas componendas S. Mtas

Regia M. dnum Cancellarium Regni

deputavit, qui sub finem mensis May

Cracovia in Tarnow eius rei gratia

abiit

Cassovia in Hungaria, et Cosmink in

Polonia maiori, ubi Picardi et he

retici conventicula habere consueverant

aiunt conflagrasse. Sed in Cazimiria

ubi prioribus lris S. Mti vre signifi

cavi. ~~aedes~~ templum corporis Christi nulla alia

igne cartacea fuit passum. alia omnia in
   incendio absumpta
Multa hic perlata feruntur et scribuntur de
   Illma ducissa Brunsuicen. S Illis vrae
   filia. quam adeo gratam apud omnes va
   sallos principis illius esse ferunt. quod
   nemo est qui non optima quaeque de sua
   Illma d. praedicet. ipse quoque dux
   quid talis coniunx ei contigerit, deo optimo
   maximo agere gratias nunquam cessat
Cracoviae maximas turbas excitasse dicit
   monachus ille commissarius Franciscano
   rum, qui anno superiori in Helvetiis
   deposito habitu monastico uxorem duxit
   vestitur quam novam sectam docet
Romae nil novum fertur, nisi quod a bello
   nobis plurimum metuimus. habemus enim
   omnia armatis militibus plena quorum
   numerus in dies augetur, nec desunt qui
   ad id multi principes urgere nunquam desistunt

Commendo tandem mea subiectissima obsequia
in gratiam S. Mtis vrae dominationi
mihi clementissimae quam diutissime
feliciter valere a Deo optimo Maxi
mo exopto Romae die XXviij
mensis Junij Anno dni 1556

Eiusdem S. Mtis vrae dni mihi clementissimi

obsequentissimus servitor

Georgius Trinius
scriptor aplicus